



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio III. Quibus ius & potestas conferendi beneficia Ecclesiastica
competat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tium suscipere &c. cum enim tam illa conditio quam hic modus ipsi collationi de jure in sit, nihil vitabit collationem, etiam si exprimatur, cum tales collationes absolutæ sint, conditionem & modum, qui de jure inest, continentes; aliter tamen de Summo Pontifice, conferente beneficia loquendum est, qui ratione supremæ suæ, & absolutæ potestatis, neque ab his conditionibus dependet, & conferre potest beneficia, tam absolute, quam conditionate &c.

§. V.

An possit beneficium novum onus imponi in collatione ejusdem?

Spirituale onus, ex causa rationabili, potest imponere Episcopus cum consensu sui Capituli beneficio, dum vacat) ita ut quicumque beneficium obtinebit, ad onus hoc teneatur. *c. Significatum 11. h. 1. ad docendum Sacram Scripturam v. g. ad catechizandum, ad certa Sacra dicenda &c.* cum sit honestum onus, quod legitimâ auctoritate impositum, detractare non potest Beneficiarius) non tamen potest novum hoc onus imponere personæ beneficiari, per modum pacti, conditionis, modi &c. cum beneficia conferenda sint purè & absolute, nisi consuetudo aut statutum talis Ecclesiæ certis quibusdam conditionibus v. g. personam etiam obligare permittat. Potest tamen in casu, quo duo electi fuerunt ad eandem Dignitatem v. g. qui ad concordiam, & pacem tenendam in eundem Judicem compromiserunt, ut litem componeret, compromissarius talis uni adjudicare beneficium, cum hoc tamen onere Beneficiari, ut ex proventibus illius beneficii, certam pensionem, annuam alteri

parti, solvat, imponendo hoc onus beneficio, ita ut ad successorem in beneficio transeat, sed personæ Beneficiari, ita ut morte Beneficiari extingatur, ut ne videatur circa beneficium aliqua diminutio fuisse facta.

§. VI.

An ad collationem beneficiorum, quorum provisio ad Capitulum spectat, vocandi sint etiam Capitulares absentes?

Vocandi quidem sunt, si committi fieri potest, ed quod non fuerit tunc remoti, ac commodè accesserint. nisi consuetudo aliter habeat. *argu. c. Cum in Ecclesiis 33. h. 1. in d. collationis conferendi spectat ad collegium, & consequenter singuli de collegio vocandi debent; quod si tamen collatio non sit libera Collegio, sed necessaria, vel datum superioris v. g. facienda, non necesse, ut vocentur absentes, nisi cessario parendum sit illi mandatum, & a majore parte congregati Capituli potest.*

SECTIO III.

Quibus ius & potestas conferendi beneficia Ecclesiastica competat?

§. I.

Quam potestatem habeat Summus Pontifex in conferendis beneficiis, & quibus modis ea conferri possit?

Quod Summus Pontifex omnibus beneficiis Ecclesiasticis, sive electis

illa sint, siue collativa; siue libera, siue non libera, siue vacent, siue non vacent; in perpetuum vel ad tempus, conditionatè, vel absolutè &c. in toto mundo conferre possit, patet *ex c. Licet. 2. h. t. in 6. cum enim beneficiorum provisio ad Ecclesie Prælatos per se pertineat, Summus Pontifex autem sit supremus Prælatas, & omnium ordinatiorum Ordinarius, ac generalis omnium Ecclesiarum Episcopus, quibus providere debet in rebus, spirituales curam, & dispositionem, concernentibus, ideo de omnibus beneficiis disponere potest, conferendo ea pro suo arbitratu; & quamvis ob bonam Ecclesie gubernationem, & propter privilegia variis concessa, ac Concordata cum variis nationibus inita, hæc suâ absolutâ potestate non utatur, suâ sponte Episcoporum, & inferiorum sæpius Prælatorum arbitrio collationem beneficiorum, vel ad majora beneficia electionem, Capitulis concedens, absolutè tamen hæc potestas illi negari non potest, ita ut non tantum jure concursus (concurrente scilicet cum inferioribus ordinariis in collatione beneficii) neque jure devolutionis tantum, casu quo negligentes in ijs conferendis fuerunt ordinarii, vel ultra tempus præscriptum morati fuerint, sed etiam jure præventionis conferre, vel saltem mandare possit, ut certa personæ de beneficio proximè vacaturo, quod putaverit acceptandum, provideatur &c. *juxta c. Dudum 14. h. t. in 6. neque enim, ut ait in relato capit. Pontifex, per hoc, quod alii potestatem concesserit conferendi beneficii, seipsum eadem potestate, excellentiore modo in se residente, privavit; quæ ratio locum ha-**

bet tam pro jure præventionis, quam pro jura concursus, & probat etiam in casu, quo cum ordinario in conferendo beneficio concurrat Pontifex, neque possit de prioritate collationis ab alterutro prius factæ aliquid colligi, aut ex possessione pro uno contra alterum decidi aliquid, præferendus sit ille, cui à Pontifice collatum fuit beneficium, ut qui à Digniore beneficium obtinuit: quin imò in assentione præbendæ, præfertur talis, auctoritate Apostolica in Canonicum v. g. promotus, aliis, qui ab inferioribus etiam Legatis, promoti fuerunt, quamvis tempore prius promoti fuerint, cum in tali casu prærogativa tituli, quem à digniore talis accepit, præferatur prioritati temporis: *juxta c. Hi qui 12. h. t. in 6. & axioma illud, quod jure potior sit qui prior tempore est, locum quidem habeat, ubi par est causa, seu æquale utriusque in beneficium v. g. jus, non verò in illo casu, ubi causa dispar, aut jus est tantum ad beneficium, aut præbendam.*

§. II.

An & qualem potestatem habeant, conferendi beneficia Episcopi, alique inferiores Collatores?

E piscopi de jure communi competit potestas conferendi Dignitates, Canonicatus, Parochiales Ecclesias, aliaque beneficia suæ Diocesis (nisi per Privilegia specialia, statuta, & consuetudines receptas, aut per jus patronatus &c. aliter provisum sit) saltem cum consilio sui Capituli, si Ecclesie Cathedralis majora beneficia conferenda sint; sicut enim cura Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum

Forum beneficiorum Episcopo demandata est, tanquam suæ Diocesis Pastori ordinario, ita, ut fundatam in jure intentionem habeat, super collatione beneficiorum suæ Diocesis, & qui alius sibi hanc potestatem arrogat, probare eam debeat, ita interest Capituli, quales Concanonicos & fratres habeat, ut merito hujus saltem consilium, si non consensus, quod multi putant, requiratur. Satis tamen de his videtur providisse consuetudo, uti & circa Canonicatus & præbendas Ecclesiarum collegiatarum, quarum collatio de jure communi ad immediatum illius Ecclesiæ Prælatum, & collegiæ Ecclesiæ Capitulum spectat. Servanda tamen sunt etiam in his, consuetudo recepta, aut specialia statuta.

Extenditur autem meritò hoc, quod de Episcopo dictum est, ad alios etiam Prælatos, qui similem Episcopali jurisdictionem obtinent, & pleno jure exempti sunt ab Episcopo, etiam quoad populum, quòd scilicet etiam his independenter ab ordinariis locorum, conferendi beneficia, in sua quasi Diocesi, jus competat; ob rationem similem cum illa, quæ pro Episcopis pugnat: & hinc Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum, jus habent conferendi beneficia.

§. III.

Quinam præterea beneficia conferre possint, vel non possint?

Resp. primò qui est in possessione juris conferendi beneficia, licet & validè ea conferre potest, licet penes eum

non sit proprietatis; modò sit bonæ fidei possessor (cùm collatio sit quælibet). Quis juris conferendi, fructus autem bonæ fidei possessorem pertineant, ut removeri non possit ille, cui à bonæ fidei possessore collatum est beneficium, quamvis postea constet, ad alium proprietatem pertinere.

Resp. secundò probabilius esse, quod possit etiam sequester rei litigiosæ, & annexa potestas conferendi beneficia, te pendente, conferre beneficia, quorum jus penes à Jure sequestratum est, modò Clericus sit; ad redimendam enim administrationem, quam sequester talis nomine Judicis, seu fidei commissarii circa rem sequestratam habet, ut patet ad temporalia, quàm quoad spiritualia, requiritur, ut jura illius exequatur, quæ est etiam jus conferendi beneficia.

Resp. tertio, laicum non potest conferre beneficia de jure communi, tantùm in perpetuum, sed nequid tempus, cùm potestas conferendi beneficia sit potestas spiritualis, cuius per se incapax est, ita ut nec consuetudine, nec præscriptione immemoriali acquirere eam possit, cùm non possit eam quasi possidere, c. Capitul. 7. De præscript. & qui ab ipsis beneficiis accipiant, sint excommunicati, c. quis 16. Causa 16. q. 7. & collatio immemorialis. Quòd autem de jure patro. Patet quidem aliqui, ex speciali privilegio Pontificis concessam eam fuisse aliquibus Imperatoribus v.g. Regibus & ducibus, tamen relictis eam dixeris præsentationem, sive jus præsentandi, quod admitti debeat à superiore inflatum.